



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO.—Noticias de S. S. Ilma.—Secretaría: advertencia.—Encíclica de Su Santidad, continuación.—Patronato de la obra Pía de los Santos Lugares.—Advertencia.—Colegio de niñas internas en el Hospital de San Juan Bautista de Astorga.—Necrología.

NOTICIAS DE S. S. ILTMA.

En el día 4 del corriente, regresó á esta Ciudad nuestro Ilmo. Prelado, después de haber terminado la Santa Pastoral Visita del arciprestazgo de Páramo y Vega.

Después de tomar los baños de mar que le han sido previstos para el restablecimiento de su quebrantada salud, se propone S. S. Ilma. asistir al Congreso Eucarístico de Lugo, habiendo salido con tal objeto con dirección á Galicia el día 8 del corriente.

SECRETARÍA DE CAMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO DE ASTORGA.

A los curatos vacantes anunciados en el número anterior del *Boletín*, se agregan los de *Otero de Escarpizo* y *Villar de Omaña*, de ascenso y rural respectivamente que han sido omitidos involuntariamente y á los que pueden extender sus firmas los Sres. opositores en lo que resta del mes de Agosto.

Astorga 17 de Agosto de 1896.—Dr. Ramón Fernández, *Srio.*

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS

ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM

CUJUS APOSTOLICA SEDE HABENTES.

DE UNITATE ECCLESIAE.

Continuación

Quocirca nihil Patres in Concilio Vaticano condidere novi, sed institutum divinum, veterem atque constantem Ecclesiae doctrinam, ipsamque fidei naturam sequuti sunt, cum illud decreverit: *Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive solemniter iudicio, sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata proponuntur* (1). Itaque cum appareat, omnino in Ecclesia sua velle Deum unitatem fidei, compertumque sit cujusmodi eam esse, et quo principio tuendam ipse jusserit, liceat Nobis, quotquot sunt qui non animum induxerint

aures veritati claudere, iis Augustini verbis affari: *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos ejus Ecclesiae condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani ab apostolica Sede per successiones episcoporum, frustra hæreticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius judicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum majestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summe profecto impietatis est, vel præcipitis arrogantiae... Et si unaquæque disciplina, quamquam vilis et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit: quid temerariæ superbiæ plenius, quam divinorum sacramentorum libros et ab interpretibus suis nolle cognoscere, et incognitus velle damnare?* (1).

Hoc igitur sine ulla dubitatione est officium Ecclesiae, christianam doctrinam tueri eamque propagare integram atque incorruptam. Sed nequaquam in isto sunt omnia: imo ne finis quidem, cujus causa est Ecclesia instituta, officio isto concluditur. Quandoquidem, ut Jesus Christus pro salute humani generis se ipse devovit, adque huc, quæ docuisset quæque præcepisset, omnia retulit, sic jussit Ecclesiam quærere in veritate doctrinæ, quo homines cum sanctos efficeret, tum salvos.—Verum tanti magnitudinem atque excellentiam propositi consequi sola fides nullo modo potest: adhiberi necesse est cum Dei cultum justum ac pium, qui maxime sacrificio divino et sacramentorum communicatione continetur, tum etiam sanctitatem legum ac disciplinæ.—Ista igitur omnia inesse in Ecclesia oportet, quippe quæ Servatoris munia in ævum persequitur: religionem, quam in ea velut *incorporari* ille voluit, mortalium generi omni ex parte absolutam sola præstat: itemque ea, quæ ex ordinario providentiæ consilio sunt instrumenta salutis, sola suppeditat.

At vero quomodo doctrina cœlestis nunquam fuit privatorum arbitrio ingeniove permissa, sed principio a Jesu tradita, deinceps ei separatim, de quo dictum est, commendata magisterio: sic etiam non singulis e populo christiano, verum delectis

1 De Utilitate Credendi, cap. xvii, n. 35.

quibusdam data divinitus facultas est perficiendi adque administrandi divina mysteria, una cum regendi gubernandique potestate. Neque enim nisi ad Apostolos legitimosque eorum successores ea pertinent a Jesu Christo dicta: *euntes in mundum universum, prædicate Evangelium... baptizantes eos... Hoc facite in meam commemorationem.... Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*. Similique ratione non nisi Apostolis, quique eis jure successissent, mandavit ut *pascere*, hoc est cum potestate regerent universitatem christianorum, quos hoc ipso eis subesse debere atque obtemperare est consequens. Quæ quidem officia apostolici muneris omnia generatim Pauli sententia complectitur: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei* (1).

Quapropter mortales Jesus Christus, quotquot essent, et quotquot essent futuri, universos advocavit, ut ducem se eundemque servatorem sequerentur, non tantum seorsum singuli, sed etiam consociati atque invicem re animisque juncti, ut ex multitudine populus existeret jure sociatus; fidei, finis, rerum ad finem idonearum communionem unus, uni eidemque subjectus potestati. Quo ipse facto principia naturæ, quæ in hominibus societatem sponte gignunt, perfectionem naturæ consentaneam adepturis, omnia in Ecclesia posuit, nimirum ut in ea, quotquot filii Dei esse adoptione volunt, perfectionem dignitati suæ congruentem assequi et retinere ad salutem possent. Ecclesia igitur, id quod alias attigimus, dux hominibus est ad cælestia, idemque hoc est munus assignatum a Deo ut de iis, quæ religionem attingunt, videat ipsa et statuatur, et rem christianam libere expediteque judicio suo administret. Quocirca Ecclesiam aut non recte norut aut ini-que criminantur qui eam insimulant, velle se in civitatum rationes inferre, aut in jura potentatus invadere. Imo Deus perfecit, ut Ecclesia esset omnium societatum longe præstantissima: nam quod petit ipsa tamquam finem, tanto nobiliter est quam quod ceteræ petunt societates, quanto natura gratia divina, rebusque caducis immortalia sunt præstabiliora bona.--Ergo Ecclesia socie-

(1) I Corinth., IV. 1.

tas est ortu *divina*: fine rebusque fini proxime admoventibus, *supernaturalis*: quod vero coalescit hominibus, *humana* communitas est. Ideoque in sacris litteris passim videmus vocabulis societatis perfectæ nuncupatam. Nominatur enim non modo *Domus Dei*, *Civitas supra montem posita*, quo convenire gentes omnes necesse est: sed etiam *Ovile*, cui præsit pastor unus, et quo recipere se oves Christi omnes debent: imo *Regnum quod suscitavit Deus*, quodque *stabit in æternum*:—denique *Corpus Christi mysticum* illud quidem, sed tamen vivum apteque compositum, multisque conflatum membris; quæ membra non eundem actum habent: copulata vero inter se, gubernante ac moderante capite, continentur. Jamvero nulla hominum cogitari potest vera ac perfecta societas, quin potestate aliqua summa regatur. Debet igitur Jesus Christus magistratum Ecclesiæ maximum præfecisse, cui obediens ac subjecta omnis esset christianorum multitudo. Qua de causa sicut ad unitatem Ecclesiæ, quatenus est *cætus fidelium*, necessario unitas fidei requiritur, ita ad ipsius unitatem, quatenus est divinitus constituta societas, requiritur jure divino *unitas regiminis*, quæ *unitatem communionis* efficit et complectitur: *Ecclesiæ autem unitas in duobus attenditur: scilicet in conjunctione membrorum Ecclesiæ ad invicem seu communicatione, et iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad unum caput* (1).—Ex quo intelligi licet, excidere homines ab Ecclesiæ unitate non minus schismate, quam hæresi: *Inter hæresim et schisma hoc esse arbitrantur, quod hæresis perversum dogma habeat: schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia separator* (2) Quibuscum illa Joannis Chrysostomi in eadem rem sententia concordat: *Dico et protestor, Ecclesiam scindere non minus esse malum, quam incidere in hæresim* (3) Quamobrem si nulla potest esse honesta hæresis, pari ratione schisma nullum est, quod possit jure factum videri: *Non est quicquam gravius sacrilegio schismatis.... præcidendæ unitatis nulla est justa necessitas* (4)

(1) S. Thomas, 2.^a 2.^æ, q. xxvix, a. 1.

(2) S. Hieronymus, *Commentar. in Epist. ad Titum*, cap. iii, v. 10-11.

(3) Hom. XI, in *Epist. ad Ephes.*, n. 5.

(4) S. Augustinus, *Contra Epistolam Parmeniani*, lib. ii, cap. xi, n. 25.

Quæ vero et cujusmodi summa ista potestas sit, cui christianos parere oportet universos, non aliter nisi comperta cognitaque voluntate Christi statuendum. Certe in æternum rex Christus est, itemque moderari in æternum tuerique regnum suum e cœlo non visus perseverat: sed quia conspicuum illud esse voluit, designare debuit qui gereret in terris vices suas, postea quam ipse ad cœlestia rediisset: *Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesiæ sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim, quod ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit: ipse enim est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, et cujus virtute corpus ejus in altari quotidie consecratur; et tamen quia corporaliter non cum omnibus fidelibus præsentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos prædicta fidelibus dispensaret, ut supra (cap. LXXIV) dictum est. Eadem igitur ratione, quia presentiam corporalem erat Ecclesiæ subtracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis Ecclesiæ gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: *Pasce oves meas* (1) Jesus Christus igitur summum rectorem Ecclesiæ Petrum dedit, idemque sanxit ut ejusmodi magistratus saluti communi ad perennitatem institutus, ad successores hereditate transferretur, in quibus Petrus ipse esset auctoritate perpetua superstes. Sane insigne illud promissum beato Petro fecit, præterea nemini: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* (2)—*Ad Petrum locutus est Dominus: ad unum, ideo ut unitatem fundaret ex uno* (3)—*nulla siquidem oratione præmissa..... tam patrem ejus, quam ipsum nomine appellat* (beatus es Simon Bar Jona), *et Simonem eum non jam vocari patitur, eum sibi pro sua potestate jam tum ut suum vindicans, sed congrua similitudine Petrum a petra vocari placuit, puta super quem fundaturus erat suam Ecclesiam* (4) Quo ex oraculo liquet, Dei voluntate jussuque Ecclesiam in beato Petro,*

(1) S. Thomas, *Contra Gentiles*, lib. IV. cap. LXXVI.

(2) Matth., XVI, 18.

(3) S. Pacianus, ad Sempronium, epit. III, n. II.

(4) S. Cyrillus Alexandrinus, in *Evang. Joan.*, lib. II, in cap. I, v. 42.

velut ædes in fundamento consistere. Atqui fundamenti propria natura et vis est, ut cohærentes efficiat ædes variorum coagmentatione membrorum, itemque ut operi sit necessarium vinculum incolumitatis ac firmitudinis: quo sublato, omnis ædificatio collabitur. Igitur Petri est sustinere Ecclesiam tuerique non solubili compage connexam ac firmam. Tantum vero explere inunus qui possit sine potestate jubendi, vetandi, judicandi, quæ vere proprieque *jurisdictio* dicitur? Profecto non nisi potestate jurisdictionis stant civitates resque publicæ. Principatus honoris ac pertenuis illa consulendi monendique facultas, quam *directionem* vocant, nulli hominum societati admodum prodesse neque ad unitatem neque ad firmitudinem quæunt. Atque hanc, de qua loquimur, potestatem illa declarant et confirmant: *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*—*Quam autem eam? an enim petram supra quam Christus ædificat Ecclesiam? an Ecclesiam? Ambigua quippe locutio est: an quasi unam eamdemque rem, petram et Ecclesiam? Hoc ego verum esse existimo nec enim adversus petram, super quam Christus Ecclesiam ædificat, nec adversus Ecclesiam portæ inferi prævalebunt.* (1) Cujus divinæ sententiæ ea vis est: quamcumque visi invisique hostes vim, quascumque artes adhibuerint, numquam fore ut fulta Petro Ecclesia succumbat, aut quoquo modo deficiat: *Ecclesia vero tamquam Christi ædificium, qui sapienter ædificavit “domum suam supra petram,, portarum inferi capax non est, prevalentium quidem adversus quemcumque hominem, qui extra petram et ecclesiam fuerit, sed invalidarum adversus illam* (2) Ergo Ecclesiam suam Deus idcirco commendavit Petro, ut perpetuo incolumem tutor invictus conservaret. Eum igitur auxit potestate debita: quia societati hominum re et cum effectu tuendæ jus imperii in eo qui tuetur est necessarium. Illud præterea Jesus adnexuit: *Et tibi dabo claves regni cælorum.* Plane loqui de Ecclesia pergit, quam paullo ante nuncuparat suam, quamque ipsam velle se in Petro dixit, tamquam in fundamento, statuere. Expresam non modo *ædificii*, sed etiam *regni* imaginem gerit Ecclesia:

(1) Origenes, *Comment, in Math.*, tom. XII, n. 11.

(2) *Ib.*

ceteroqui insigne usitatum imperii claves esse, nemo nescit. Qua propter *claves regni cœlorum* cum Jesus dare Petro pollicetur, potestatem et jus in Ecclesiam pollicetur daturum: *Filius vero et Patris et sui ipsius cognitionem per totum orbem illi (Petro) disseminare commissit, ac mortali homini omnem in cœlo potestatem dedit, dum claves illi tradidit, qui Ecclesiam per totum orbem terrarum extendit, et cœlis firmiorem monstravit* (1) Concinunt cetera: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in cœlis, quodcumque solveris super terram, erit ligatum et in cœlis*. Ligandi solvendique translata locutio jus ferendarum legum item judicandi vindicandique designat potestatem. Quæ quidem potestas tantæ amplitudinis virtutisque dicitur fore ut quælibet decreta ejus rata sit habiturus Deus. Itaque summa est planeque sui juris, quippe quæ nullam habet in terris superiorem gradu, Ecclesiamque totam et quæ sunt Ecclesiæ commissa, universa complectitur.

Promissum exolvitur, quo tempore Christus Dominus, post anastasim suam, cum ter a Petro, num se diligeret plus quam ceteri, quæsisset præcipientis in modum ei. *Pasce ait, agnos meos..... pasce oves meas* (2) Nimirum quotquot essent in ovili suo futuri omnes illi velut pastori committit: *Dominus non dubitat, qui interrogat, non ut disceret, sed ut doceret, quem elevandus in cœlum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat,.... Et ideo quia solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur..... perfectiores ut perfectior gubernaret* (3). Illa vero sunt pastoris officia et partes, gregi se præbere ducem, eundemque sospitare salubritate pabulorum, prohibendo pericula, cavendo insidias, tutando a vi: brevi, regendo gubernando. Cum igitur Petrus est gregi christianorum pastor impositus, potestatem accepit gubernandi omnes homines, quorum saluti Jesus Christus profuso sanguine prospexerat *Cur sanguinem effudit? Ut has emeret oves, quas Petro et succesoribus ejus tradidit* (4).

(1) S. Joannes Chrysostomus, Hom. LI, in Matth., n. 2.

(2) Joan., XXI, 16-17.

(3) S. Ambrosius, Exposit. in Evang. secundum Lucam lib. x, n. 175-76.

(4) S. Joannes Chrysostomus, De Sacerdotio, lib. II.

Quoniamque immutabilis communionem fidei Christianos omnes oportet esse invicem conjunctos, idcirco suarum virtute precum Christus Dominus impetravit Petro, ut in gerenda potestate numquam fide laberetur: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua* (1) Eidem præterea mandavit ut quoties tempora postularent, ipse impertiret fratribus suis lumen animi et robur: *Confirma fratres tuos* (2). Quem igitur fundamentum Ecclesiæ designarat, eundem esse vult columen fidei: *Cui propria auctoritate regnum dabat, hujus fidem firmare non poterat, quem cum petram dicit, firmamentum Ecclesiæ indicavit?* (3) Hinc ipse Jesus certa quædam nomina, magnarum indicia rerum, quæ sibi potestate sunt propria, voluit esse Petro secum participatione communia (4) nimirum ut ex communionem titulorum appareret communio potestatis. Ita ipse, qui lapis est angularis, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino (5). Petrum velut lapidem statuit, quo fulcra esse Ecclesia deberet. *Cum audisset "petra es, preconio nobilitatus est, Quamquam autem petra est, non ut Christus petra, sed ut Petrus petra. Christus enim essentialiter petra inconcussa; Petrus vero per petram. Nam Jesus dignitates suas largitur, nec exhauritur..... Sacerdos est, facit sacerdotes..... petra est petram facit* (6) Rex idem Ecclesiæ, qui habet clavem David: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit (7) traditis Petro clavibus, principem christianæ reipublicæ declaravit. Pariter pastor maximus, qui se ipse pastorem bonum nuncupat (8) agnis atque ovibus suis pastorem Petrum præposuit: *Pasce agnos pasce oves*. Quare Chrysostomus: «Eximios erat inter Apostolos, »et os discipulorum et cœtus illius caput..... Simul ostendens ei »oportere deinceps fidere, quasi abolita negatione, fratrum ei, »præfecturam committit..... Dicit autem: Si amas me, fratribus

(1) Luc., xxii, 32.

(2) Ib.

(3) S. Ambrosius, *De Fide*, lib. iv, n. 56.

(4) S. Leo M., sermo IV, cap. 11.

(5) Ephes., ii, 21.

(6) Hon., *De Poenitentia*, n. 4 in appendice opp. S. Basilli.

(7) Apoc., iii, 7.

(8) Joan., X, 11.

»præsto» (1). Demum qui confirmat *in omni opere et sermone bono* (2) mandavit Petro ut *confirmaret fratres suos*. Jure igitur Leo magnus: «De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocatione et omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesie patribus præponatur: ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus» (3) Itemque Gregorius magnus ad Imperatorem Mauritium Augustum: «Cunctis evangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto et omnium Apostolorum Petro principe Apostolo totius Ecclesie cura commissa est. Ecce claves regni cælestis accepit, potestas ei ligandi ac solvendi tribuitur, et cura ei totius Ecclesie ei principatus committitur (4)

Ejusmodi autem principatum, quoniam constitutione ipsa temperationeque Ecclesie velut pars præcipua, continetur videlicet ut principium unitatis ac fundamentum incolumitatis perpetuæ, nequaquam cum beato Petro interire, sed recidere in ejus successores ex alio in alium oportuit: «Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesie gubernacula non reliquit (5) Quare Pontifices, qui Petro in episcopatu romano succedunt, supremam Ecclesie potestatem obtinent jure divino. «Definimus, sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium totiusque Ecclesie caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum et in sacris canonibus continentur.» (6)

(Se continuará.)

-
- (1) HOM., LXXXVIII. *in Joan.*, n. 1.
(2) II Thessalon., II, 16.
(3) Sermo IV, cap. II.
(4) *Epi. tolarum*, lib. V, epist. XX.
(5) S. Leo M., sermo III, cap. III.
(6) *Concilium Florentinum*

MINISTERIO DE ESTADO

SECCIÓN SEGUNDA.—OBRA PÍA.

CIRCULAR

Ilustrísimo Señor:

Conforme con lo dispuesto en el Real Decreto de 27 de Diciembre de 1888, con esta fecha se remite al R. P. Procurador general de España en Tierra Santa la cantidad de *treinta y ocho mil novecientas cincuenta y nueve pesetas un céntimo*, importe de la recaudación obtenida por el Patronato desde 1.º de Julio de 1895 á 30 de Junio de 1896; y siendo la Real voluntad de S. M. el Rey (q. D. g.) y en su nombre de la Reina Regente del Reino que se dé la mayor publicidad posible á este acto, para que los donantes tengan la seguridad de que sus limosnas son invertidas con arreglo á sus piadosos deseos, adjuntos remito á V. I. dos estados detallados en que se expresa el pormenor de aquella recaudación y copia del recibo del Procurador general de Tierra Santa, correspondiente a la cantidad que se le remitió por recaudación en el mismo concepto del ejercicio anterior de 1894-95, rogándole se sirva disponer su inserción en el Boletín Eclesiástico de esa Diócesis.

De Real orden comunicada por el Sr. Ministro de Estado lo digo á V. I. para su conocimiento y efectos indicados.

Dios guarde á V. I. Muchos años.—Madrid 10 de Julio de 1896.

El Subsecretario,
MARQUES DE AMPOSTA.

Ilmo. Sr. Obispo de Astorga.

PATRONATO DE LA OBRA PIA DE LOS SANTOS LUGARES DE JERUSALÉN

RELACION de las cantidades recaudadas por los Sres. Comisarios de Diócesis, en concepto de limosnas, mandas testamentarias, etc. y remitidas por los mismos á este Centro, durante el ejercicio de 1895-96, que en virtud del R. D. de 27 de Diciembre de 1888, se envían á Tierra Santa.

DIÓCESIS	FECHA en que se hizo efectiva	NOMBRE DEL COMISARIO	CASA A CUYO CARGO VIENE EL GIRO	Ptas.	Cts.
Albarracín . . .	16 Marzo 1896.	D. Telesforo Jimenez.	Entrega D. Joaquín Navarro	15	»
Alcántara. . .	4 Noviem. 1895.	Bruno Díaz Rosado.	Id. D. Antonio Claver. . . 12»	23	»
	5 Junio 1896.		Id. D. Jerónimo Maza. . . 11»	190	»
Almería . . .	»	» Antonio Nieto. . .	Id. el Comisario á la mano.	37	50
Astorga . . .	25 Enero	» Joaquín García. . .	Id. id. id. . .	146	45
Avila . . .	»	» Raimundo Perez Gil.	Letra c/ al Banco de España.	129	»
Badajoz . . .	»	» José Henares. . .	Chéque c/ id. id. . .	483	50
Barcelona. . .	22 Junio	» Tomás Sánchez. . .	Letra c/ id. id. . .	378	63
Burgos. . .	6 Abril	» Gerardo Villota. . .	id. id. id. . .	113	27
Burgos. . .	22 Noviem. 1895.	» Félix Soto. . .	Id. c/ Viuda de Moreno, . .		
Cádiz . . .	13 Febrero 1896.	» Juan Fran.º Ruiz de			
Calahorra. . .	»	» la Cámara . . .	Entrega D. Rafael Montero.	625	»
Canarias. . .	31 Enero	» Bernardo Cabrera. . .	Letra c/ al Banco de España.	291	08
Cartagena. . .	»	» Rafael Alguacil. . .	Id. id. id. . .	470	»
Ceuta . . .	»	» Antonio de los Reyes.	Libranza del Giro Mútuo. . .	5	60
Ciudad Real . . .	»	» Eloy Fernández. . .	Letra c/ G. Rollan. . .	75	»
Ciudad Rodrigo. . .	»	» José González Sistiaga	Entrega D. Alejo Hernández	76	»
Córdoba . . .	»	» Pedro Moreno. . .	Id el Sr. Marqués de Casa-Castillo	445	85

Coria	8 Abril	D. Juan Centeno.	Libranza del Giro Mútuo.	9 »
Granada	28 Febrero	» Marcelino Toledo.	Letra c/ D. Luis Roy.	800 »
Habana.	30 Junio	» Francisco Clarós.	Entrega «Canduela y Compañía.	8.794'95
Huesca.	30 »	» Pablo Hidalgo.	Remesa en metálico.	225 »
Ibiza	9 »	» Juan Torres.	Idem idem.	20 »
Jaca	18 »	» Lucas García.	Idem idem.	250 »
León	8 Mayo	» Juan de la Cruz Sa- lazar.	Letra c/ al Banco de España.	1.089'75
Lérida.	27 Junio	» Crescencio Estorzado	Libranza del Giro mútu.	20 »
Lugo	17 Marzo	» Tomás Suárez.	Idem idem idem.	21 »
	4 Octubre 1895.		Entrega por recaudado en Julio, Agosto y Septiembre del 95. 232'44	
Madrid.	8 Enero 1896.	Valentín Callejo, Guar- da-Almacén de San- tuarios de esta Corte	Idem por Octubre. Noviembre y Diciembre idem. 284»	
»	8 Abril	R. M. Superiora de las Salesas.	Entrega como limosna.	1.421,84
»	30 Junio	» Matías Company.	Letra c/ D. Carlos Herraiz.	25 »
»	17 Abril	» Bernabé del Rosario.	Idem c/ Crédit Lyonnais.	472'06
Mallorca	30 Junio	» Lino Singla.	Idem c/ E. Sainz é Hijos.	2.697'60
Manila.	26 Febrero	» Jesús Carrera.	Libranza del Giro mútu.	612'79
Menorca	20 Marzo	» Salvador Martínez.	Idem idem idem.	370 »
Mondoñedo.	20 »	» Bartolomé Martínez.	Idem idem idem.	23 »
Orense.	10 Junio	» Antonio S. Otero.	Letra c/ Unión Bank.	851'16
Orihuela	16 Abril		Id. c/ al Banco de España. 1.000	
Oviedo.	20 Enero		Remesa en metálico. 500	1.500 »
»	23 Mayo		Letra c/ D. Luis Roy.	53'25
Palencia	10 Junio	Juan A. Castellón.	Id. c/ al Banco de España.	3.543'40
Pamplona.	7 Enero	» Juan Cotijo.	Id. c/ E. Sainz é Hijos.	172'40
Puerto Rico.	5 Marzo	» Miguel Herrero.		

Salamanca . . .	20 Enero	»	Juan A. Vicente Bajo.	Entrega á mano el Comisario	523'16
Santander. . .	10 Junio	»	Wenceslao Escalzo.	Letra c/ al Banco de España	100 »
Santiago . . .	13 Enero	»	Ricardo Rodríguez.	Id. c/ al Crédit Lyonnais.	209'25
Segorbe. . .	22 Mayo	»	Gregorio Peñalba.	Libranza del Giro mútuo.	31 »
Segovia . . .	27 Junio	»	Salvador Guadilla.	Entrega D. Ricardo Torres.	50 »
Sevilla. . .	30 Diciem.	1895.	José María Vidal.	Idem D. José Rejos.	796 »
Sigüenza . . .	27 Enero	1896.	Juan Pastor.	Libranza del Giro mútuo.	15 »
Tarazona. . .	8 »	»	Joaquín Carrión.	Idem idem idem.	25 »
Tenerife . . .	20 »	»	Vicente González.	Idem idem idem.	171'54
Teruel. . .	20 Febrero	»	Francisco Cerezo.	Entrega á mano el Comisario	121'60
Toledo. . .	19 Junio	»	Salvador Valdepeñas.	Letra c/ al Banco de España	1.324'84
Tortosa . . .	8 Febrero	»	José Aguiló.	Libranza del Giro mútuo.	147 »
Urgel . . .	6 Abril	»	Vicente Porta.	Letra c/ P. Alfaro y Cp.	90 »
Valencia . . .	9 Enero	»	Salvador Montesinos.	Id. c/ al Banco de España.	5.300 »
Valladolid. . .	11 Julio	1895.	Francisco Herrero.	Id. c/ á D. Alejandro Bacqué	490 »
Vich . . .	9 Mayo	1896.	Ramón Folcrá.	Idem idem idem.	80 »
Vitoria. . .	8 Enero	»	Andrés G. de Suso.	Id. c/ al Banco de España.	2.977'54
Zaragoza . . .	10 Junio	»	Hermenegildo Gaspar.	Libranza del Giro mútuo.	30 »
<i>Total que se remite.</i>					38.959'01

NOTA.—No han remitido cuenta las Comisarías de Cuenca, Jaen, Málaga, Osma, Santiago de Cuba, Tarragona y Zamora. Han justificado la no remisión de la cuenta, las de Barbastro: Guadix, Plasencia y Tuy. Y han manifestado no haber obtenido recaudación alguna, las de Gerona y Tudela.

Importa la presente relación las figuradas treinta y ocho mil novecientas cincuenta y nueve pesetas y un céntimo, salvo error.

Madrid 1.º de Julio de 1886.—V.º B.º—El Jefe de la Sección, Ramón Gutiérrez y Ossa.—El Interventor, Luis Valcárcel.

«Procura General de Tierra Santa en Jerusalén.—El infrascrito, Procurador General de Tierra Santa, declara haber recibido del Señor Cónsul de España en esta ciudad la suma de pesetas 42.467'20, importe de una letra á ocho días vista, dada por el Banco de España á cargo de los señores Goguel y Compañía, de París. De cuya suma las pesetas 42.390'20 son producto de las limosnas recaudadas por las Comisariás de Diócesis á favor de estos Santos Lugares durante el año económico de 1894-95; y pesetas 77 son resultas de la cuenta anterior, ó sean, las cantidades de 11, 56 y 10 pesetas, recaudadas respectivamente por las Comisariás de Badajoz, Ciudad Rodrigo y Tudela durante el año económico de 1893-94.—Jerusalén 2 de Agosto de 1895.—(Firmado) Padre Fray Antonio Cardona.—Hay un sello en tinta con las armas y epígrafe de la Procura.)—Excmo. Sr. D. Ramón Gutierrez y Ossa, Jefe de la Obra Pía en Madrid.»

Está conforme.

RAMÓN GUTIERREZ Y OSSA.

Se recuerda á los Sres. Socios del *Congreso Eucarístico de Lugo* que el día 26 del corriente tendrá lugar la inauguración del mismo.

Colegio de niñas internas en el Hospital de San Juan Bautista de Astorga

Como complemento de la Escuela de párvulos y de niñas mayores externas, instituida en dicho benéfico Asilo merced al celo y caridad de nuestro Illmo. Prelado; y para satisfacer los deseos de muchos padres de familia, se ha

conseguido edificar en el mismo Establecimiento, pero separado y completamente independiente de él, un hermoso local de nueva planta, que reúne todas las mejores condiciones higiénicas, para niñas internas, desde siete años en adelante, dirigidas por las Hijas de la Caridad de San Vicente de Paul, quienes con el cuidado más esmerado, el mayor interés y tierna solicitud procurarán instruir á sus educandas en todas las asignaturas comprendidas en la primera enseñanza elemental superior, de adorno y labores propias de su sexo, e inculcar en sus corazones el santo temor de Dios, principio de la verdadera sabiduría y único que constituye y puede formar la niña modelo, la doncella pundonorosa y la mujer útil para sí misma, para la familia y para la sociedad.

La pensión con que ha de contribuir cada educanda al ~~Establecimiento~~, por la instrucción en la forma mencionada, manutención y ropa limpia; es la de *seis reales* diarios, y la de *cinco* si la limpieza de la ropa fuere de cuenta de los padres ó encargados de las niñas, para cuyo servicio son necesarios los enseres siguientes: sábanas, 6; almohadas, 6; Servilletas, 3; pañuelos de bolsillo, 6; tohallas, 3; cubierto, 1; cuchillo, 1; vasos, 2; traje de uniforme, 1 y delantales de idem, 2.

NECROLOGÍA

A las 7 de la noche del día 30 del pasado mes de Julio ha fallecido en esta Ciudad, víctima de larga y penosa enfermedad el M. I. Sr. D. Joaquín García-Magaz, Canónigo de esta Santa Iglesia Catedral.

R. I. P.